

Q. 156. 27

x 1975062

III, 1

Ve
3044

J. N. T.
DE

VICARIIS RO-
MANO-GERMANICI
IMPERII,
PRAESIDE

JOACHIMO NEUBERGER
GRYPHIMONTE SIL. J. U. L. CONSISTORII EC-
CLESIASTICI ADVOCATO, DICASTERII PRO-
VINCIALIS, SCABINATUS & FACULTA-
TIS JURIDICÆ PROTONOTARIO;

Disputabit ex c. V. Aurea Bulle

Autor

MICHAEL HOFEMAN

Rugenvv. Pom.

Addiem 4. Julii

Anno c1s lsc LVII.

In Acroaterio ICTor. Horis antemerid.

WITTEBERGÆ

Literis mandabat. Johann Hake.



VICARIIUS

MANU SCRIPTURARUM

IOACHIMUS

DE

THEOLOGICO

PHILOSOPHICO

MICHAEL HOFFMANN

RUGGWER PBM

ADDRESSE

WITTE

STADT



AUXILIANTE DEO!

Præloqvium.



Quasi falcem in alienã
messem mittant, nonnulli pro-
ferre non verentur de iis, qui Jus
Publicum in Academiis docent,
quia illis, qui in Principum aulis acriori Ju-
dicio & experienciã, hujus Juris optimã ma-
gistrã, coruscant, hoc Studium relinquendũ
esse arbitrantur. : At cur AUREA BUL-
LA, hujus discursũs fundamentum? cur tot
RECESSUS IMPERII, CAPITULATIO-
NES & aliæ Imperatorum Constitutiones Pu-
blici Juris sunt factæ? Cur ex libris Pande-
ctarum, Codicis & Novellarum, in quibus
Jus Publ. licet carptim & privatum in sertum
invenitur, publicè profitendi, nonnulli
constituuntur? Ne scilicet cognitio Juris
hujus in Academiis prorsus exulare debe-
at. Imò si turpe patricio & nobili & cau-
sas oranti Jus, in quo versatur, ignorare;
l. 2. §. 43. ff. de Origine Juris, longè erit turpiùs
patria jura nescire; *Fibig. Semidec. 1. Select. J.*

A 2

Publ.

Publ. General. quest. 4. n. 16. Ergò authori-
tate, quâ contentus, maximorum viro-
rum, spretis aliorum fugillationibus, in Academiis
Jus Publ: tractatu necessarium esse duco, cum
Magnifico Dn. Carpz. in Synop. Jur. Feud.
Disp. 1. q. 1. ad A. B. à n. 6. Nob. & Exc. Dn. D.
Svevo Jcto & Antecessore hujus Academiae Ce-
leberrimo, Praeceptore ac Promotore optimo
Exercit. Feud. 1. q. ex J. Publ. 1. Dn. Schützen
vol. 1. Colleg. Publ. Disp. 1. th. 1. lit. c. Limna: lib.
1. Jur. Publ. c. 2. num. 11. & seqq. Arumae. vol. 2.
Discurs. Academ. 2. cap. 1. à §. 4. Hinc habi-
tâ ratione temporis, placuit mihi de amplis-
simâ & splendidissimâ materiâ sc: de Serenis-
simis IMPERII ROMANO-GERMANICI
VICARIIS, pro ingenii mei imbecillitate &
Judicii tenuitate, aliquid exercitii ergo brevif-
simè proponere, siquidem meliùs est pauca
agere cautè, quam multis interesse periculo-
sè *Novell. 44. cap. 1. §. 3. in fin.* Ut verò omnia
rectè gerantur, ad te, T. O. M. D. confugio,
qui corda Regum in manu habes & ubi volu-
eris, inclinabis illa. *l. 8. C. de Summâ Trinit. re-*
ge-

ge & mentem meam, ut ea, quæ de his, qui
aliàs Regibus æquiparantur. *Excell. Dn. D.*
Svevus Exerc. Feud. 3. q. 7. Publ. 5. B. Dn. D.
Cosel: Præceptor olim fidelissimus Disput. de Ele-
ctoribus cap. 6. lit. a. Becker. Syn. Jur. Publ. lib. 3.
cap. 5. & communiter Dd. proferenda, in ho-
norem tui & patriæ emolumentum benè &
feliciter succedant :

MEMBRUM PRIMUM

THESES. I.

ANtequam rem ipsam accedam, ne absq; ordine & præter
eum progrediar, origini verborum paululum, more
veterum JCor: , liceat immorari, *ob. l. 1. in princ. ff. de Jure &*
Just. l. 1. §. 1. ff. de Offic. Quest. l. 1. §. 1. ff. de Pactis. l. 2. §. 2. ff. de Reb.
Cred. l. 1. §. 1. ff. de Tutel. l. 1. in princ. ff. de Furtis. l. 238. §. 2. ff. de Verb.
Signif. Dicitur itaque Vicarius à vice, quia ejus vices, qui
propter impedièntes causas officio ipse suo fungi nequit, ge-
rit ac sustinet *Vvesenbec ad Tit. C. de offic. Vicarii. n. 1. Limna. lib.*
3. Jur. Publ. cap. 12. n. 1. Hinc etiam in rebus istis, quibus inter-
esse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amico-
rum supponitur. *Cicero pro Rosc. Amer.*

THESES. II.

Vocantur alias nostri Vicarii, Imperii Provisores, *Die Ber-*
weser vnd Pleaer des Reichs d. tit. 5. A. B. qui & Locutenentes
dici possunt *Stadhalter oder Impesverwalter arg. c. fin. dist. 93.*
quia loco Imperatoris sunt & honorantur: Protectoresq; à
protegendò, quia, deficiente Imperatore, sub illorum prote-
ctione est Imperium. Appellantur & Tutores, Curatores,
& Administratores, quia alieno nomine Imperium admini-

stant & hinc Domini non sunt dicendi ratione proprietatis
arg. l. 27. ff. de Administrat. Tutor. l. 56. §. 4. ff. de Furt. l. 1. in princ.
ff. de Procurat. l. 18. in princ. ff. de Acquirend. vel amitt. posses.

THE S. III.

Vocabulum Vicarii & eum notat, qui in vicem aliorum
se pestilitati omnique malo devovet, ut in se, aliis eventura,
expetant mala *Calvin. in Lex. Jurid. voc. Vicarius Servus.*
Deindè qui vices, id est, operam alterius præstat, idque
vel odiose, pro personâ in servitute constitutâ, qualis ser-
vus vocatur Vicarius. l. 26. ff. commun. divid. l. 19. §. ult. ff. de No-
xal. Actio. l. 44. in fine princ. ff. de Edilit. Edict. l. 5. §. 1. ff. de in rem
ver. l. 12. §. 44. ff. de Inst. & instrument. leg. l. 4. l. 6. §. 2. l. pen. ff. de Pe-
cul. legat. §. 4. in fin. Instit. quodcum eo qui in aliena potest. Hinc
Martian.

Esse sat est servum jam nolo Vicarius esse.

vel honestè Sic Rex Bohemiæ habet suum Vicarium den von
Limpurg; Comes Palatinus den von Walburg; Saxo Ba-
ronem Papenheim / Brandenburgicus Comitem von Hohen
Zöllern / qui in Comitibus & ejusmodi publicis conventibus
vicariam præstant operam, ut tradit *Sprenger. Synop. Jurisp.
moderni cap. 10. pag. m. 240.* Et summi Pontificis Vicarii fit men-
tio in Jure Canonico. X. de offic. Vicar. & alibi. Insuper con-
siderantur Vicarii vel ratione olim-Imperii, quorum quidam
fuere in Oriente, quidam in Occidente *vid. Limn. d. l. n. 2. §. 3.*
Schûke vol. 1. Coll. Publ. Disput. 5. th. 7. lit. c. vel moderni; atque
de his agere meum propositum est. Quò autem res de quâ
agitur, perspicatiùs intelligatur, juxtâ *Cic. lib. 1. offic.* Defini-
tionem vel magis Descriptionem hic placidè submitto.

MEMBRUM SECUNDUM

THE S. I.

Vicarii Imperii sunt Provisores (a) ex col-
legio

legio Electorum constituti (b) qui vacante Imperio (c) Imperatoris vicem sustinent (d) & pro ratâ parte administrant. (e)

(a) Non sine causa ipsissima verba *Aur. Bullæ tit. 5.* subiicienda hic autumo. Nam verba ipsa cujuscunque constitutionis & legis semper majorem probationis efficaciam continent, si allegantur, quâ si lector ad ista verba remittitur, ut præ memoriæ *Excell. Dn. D. Coselius* fidelissimè aliquando privatim docuit. Sunt autem hæc: *Quoties insuper [ut præmittitur] sacrû vacare continget Imperiû, Illustris Comes Palatinus Rheni Sacri Imperii Archidapifer, ad manus futuri Regis Romani in partibus Rheni, & Sæviæ & in jure Franconico ratione Principatus seu Comitatus Palatini Privilegio, esse debet Provisor ipsius Imperii, cum Potestate Judicia exercendi & ad beneficia Ecclesiastica presentandi, recolligendi redditus & proventus, & investiendi de Feudis, juramenta Fidelitatis vice & nomine Sacri Imperii recipiendi: Quæ tamen per Regem Romanorum postea electum, suo tempore omnia innovari & de novo sibi ipsa juramenta præstari debebunt: Feudis Principum duntaxat exceptis: illis quæ *Sahnlehen* vulgari- ter appellantur, quorum investituram & Collationem soli Imperatori vel Regi Romanorum specialiter reservamus: Ipse tamen Comes Palatinus omne genus alienationis seu obligationis rerum Imperialium, hujusmodi provisionis tempore expressè sibi noverit interdictum. Eodem jure Provisionis, Illustris Ducem Saxonie sacri Imperii Archimareschallum frui volumus, in illis locis, ubi Saxonica Jura servantur, sub omnibus modis & conditionibus, sicut superius est expressimus. Quibus præmissis non tantum ex Synonymia sed etiam ex dicta constitutione satis patescit, hos Vicarios verè Provisores Imperii esse.*

(b) Licet hic fortè per Inductiones Exemplorum probari posset, non tantum Collegium Electorum sed & alios Imperii Principes Vicariatum obtinuisse; vid. *Dn. Carpz. ad Leg. Reg. cap. 16. Sect. 12. ann. 5.* Nostris tamen ex speciali privilegio

Pro-

Provisio hæc competit, quod ad exemplum non trahendum. §. 6. *Instit. de Jure Nat. Gent. & Civil.* nec ad aliam personam extendi potest. *arg. l. unic. in fin. C. sin communi eademq³ causa,* sed manet apud Privilegiarios, totamque familiam.

(c) Vacare dicitur quod nec Jure nec facto detinetur ab aliquo. *l. 37. §. 1. ff. de Vsurp. & Vsucap. cons. Calvin. Lexic. verb. vacare:* Imperium ergò dicitur vacare, quando capite viduatum est sc. cum nec Imperator, nec Rex destinatus est Schüzē *dict. vol. 1. Disp. 5. th. 11. lit. b.* Fit vero Imperium vidua vel morte, hæc enim omnia solvit, *Novell. 22. cap. 20. in princ.* vel resignatione *arg. c. 3. X. de Renunciat. Gebhard. apud Arumæ. vol. 1. Discour. Acad. de Jur. Publ. 17. n. 43.* Sic exemplum habemus in Carolo V. qui anno 1556. resignavit Imperium *vid. Sleidan. lib. 26. Comment. An Depositione?* verba *Magn. Dn. Carpz. Tract. ad Leg. Reg. c. 14. Sect. 6. n. 28.* hinc mea facio; Ego, sanè, inquit, hanc litem (Cæsaris depositionis, quam Goldast inficiatur) componendi mihi licentiam non sumo, sed subsisto, & fateor cum *Goldasto in Bohem. lib. 1. c. 5.* non cuipiam privato, sed sacratissimo Imperatori, Sereniss. Electorib. & cæteris Imperii Ordinibus hac de re judicare ac decidere fas esse vel Absentiã, quando Imperator trans Alpes descendit: quod tamen à nonnullis Dd. in dubium vocatur, propter rationes, quia in A. B. absentia non fiat mentio & hinc verba strictè sint interpretanda *Becker. lib. 2. Synops. Jur. publ. cap. 7. §. 1.* ne fiat transitus in iis, quæ specialiter à lege dependeat *l. 1. in princ. ff. de Offic. ejus cui mandat. est Jurisd.* quia 2. in d. A. B. in antecedentibus Imperator loquatur de morte, hinc ad ea recurrendum esset, & quæ sunt plura argumenta, quæ proferre solent. Ego textum generalem A. B. ad absentiam extendo, cum & expressum hoc Privilegium Comiti Palatino datum, **wenn daß Römische Reich vaciret, oder ein Römischer Kayser oder König über daß Gebürge gezogen ist** uti ex *Goldasto tom. 2. constit. German: Reichsaktionen refert Schüzē Disp. Jur. Publ. V. th. XI. lit. c. & Carpz. ad L. Reg. c. 11. Sect. 14 n. 16.* quod confirmatum à Carolo V. Wormatiæ Anno 1521. cujus verba exhibet
Dn.

Dn. Carpz. d. l. n. 17. So ein Römischer Kaiser oder König über Berg zeucht/ oder auß dem Reiche ist/ seiner Liebten/ und einem jeden Pfaltzgraven der Churfürst ist/ die Verschung und Verwaltung desselben gebühret und zustehet/ wie wir dann dasselbe/ auch seine hergebrachte Freyheit und privilegium hier von confirmiret und bestätiget. Ergò isto absentia casu Vicariatum Nostros exercere posse extra dubium erit, *vid. Arma. Disc. 3. ad A. B. concl. 31. & 32. Schüzze vol. 1. Coll. Publ. diss. 5. th. 11. lit. c. Magnif. Carpz. Synops. Juris Feudal. Dissut. 4. quest. 1. num. 27. Dn. Cosel. c. l. VVurms. Exercit. de Jure Publ. 3. th. 4.*

(d) adeoque omnia ea, quæ Imperator potest, ipsis etiam Vicariis conceduntur, cum Imperii nomine administrant; nisi sint limitata.

(e) Hinc sequitur, quod unus non sit Vicarius, quia vicaria opera pro rata parte debet præstari, quæ locutio pluralitatem, etiam duorum numero contentam *c. plural. 40. de Reg. Jur. in 6to.* importat.

THE S. II.

Sunt autem isti duo, Elector, Palatinus Rheni (a) & Elector, Dux Saxonix; juxta Bullæ Textum. (b)

(a) Vicariatum Comitis Palatini Rheni non aliunde quam à jure præfecturæ Palatii veteris sive majoratus Domus sub Regno Francorum descendere, existimat *Freher. lib. 2. ad Petr. de Andlo. c. 10. Knichen* autumat, ante Ottonem III. à quo aliàs Electoratus principium & Originem ducunt, in Imperio fuisse illam dignitatem *cap. 1. num. 121. de Jure Saxon. non prov.* Id veritati consonum, Palatino ante Bullam Vicariatus sublimitatem competiisse, *vid. Dn. Carpz. ad L. Regi: c. 11. Sect. 12. n. 20.* Hodiè à Bavaro hanc geri debere, res ex *Instrumento Pacis Neo*

B

va

de art. IV. videtur decisa, sicque hic dubia esse possent, perperam privatus ea tractabit.

(b) Vicariatus dignitate Saxonem Palatino adequatum rectè *Carpz. d. l. n. 30.* sentit, uti & *Becker Synops. J. Publ. lib. 2. cap. 7. §. 3.* Cum itaque duo saltem legales sint Vicarii, neminem alium admittimus. Cæterum quod quidam ex *c. si frat. Extravag. Johan. XXII. Ne sede vacante aliq. innov.* arguunt, Papam hunc Vicariatum sibi tribuere, id & genio Papæ contràit, & aliter Papales scriptores sentiunt, & textus aliud evincit; Papa nã, solius Christi vices sese representare, non alicujus mundani Imperatoris, sibi credit, vicariatus enim gestio inducit superioritatem ejus, cujus vices geruntur. Scriptorum Papæ parasitantium instar omnium sit *Petrus de Andlo* nobiliss. gente & mente, qui *lib. 2. cap. 10. de Rom. Imper.* De Jure communi, inquit, Papa in Administratione Imperii succedere debet, cum hoc immediatè ab Ecclesia dependet, quare si vacat, ad ejus Jurisdictionem redire debet. Nec d. *c. si frat.* Vicariatus sed Papæ superioritas in vacans Imperium sat apparet, ibi, ad summum Pontificem Imperii Jurisdictio, regimen & dispositio devolvuntur. Et porrò invehitur in eos, qui citra ipsius licentiam, sibi Vicarii Titulum vel sumunt vel retinent. Rectè verò *Freher. in Not. ad d. l. de Andlo* de hac devolutione Jurisdictionis censet: Ei in Germania nostra per leges vernaculas & contrariam ab antiquo consuetudinem locum esse nulli non posse. *vid. Limner lib. 3. de Jur. Publ. cap. 12. n. 11. & seq. Schütze cit. loc. th. 7. lit. d. Carpz. supr. cit. l. n. 2. Arum. e. vol. 2. Discurs. Academ. 25. §. 46. c. l. Du. Cosel. c. 1. Sprengerus c. l. in fine.* Electores ergò dicti Vicariatu Imperii fulgent; quam dignitatem Eorundem heredes per successionem acquirunt, ad quod facit Confirmatio Maximiliani. I. Imper. Comiti Palatino facta. *daß Wir Ihm daß Vicariat. Ambt und Gerechtigkeit/so seine Vor Eltern/wenn daß Reich vaciret, oder ein Römischer Kays. ser oder König über daß Gebirg gezogen/nach inhalt der Guldenen Bulle und Weyland Kays. ser Carls Brieff/ gehabt und hergebracht/ halten. Goldast part. 1. Reichsakung fol. 241.* quod Ferdinandus III.

III. in Capitulatione confirmavit artic. 38. in verb. Auch die Vicarien, wie von Alters her auff sie kommen / die Guldene Bulle / Päpstliche Rechte und andere Gesetze oder Freyheiten vermögen / so es zu fallen komme / und die Gelegenheit erfordert wird / bey Ihrem gesondern Rath in Sachen des H. Reichs belanget / geruh. ch bleiben lassen / auch nicht zu geben / daß die Vicarien und deren jura sambt was denselben anhengig / von jemand disputiret und bestritten werde.

THESES. III.

Differunt nostri ab aliis Vicariis, five sint generales (a) five perpetui (b) five speciales (c) vel Temporales (d) ratione Jurisdictionis & administrationis. (e)

(a) In diplomate Sigismundi Imperatoris de officio Vicarii Generalis apud Goldast. Tom. 1. Constit. Imperial. fol. 395. Domini de la Schala leguntur fuisse generales Imperii Veronæ & Vincentiæ Vicarii: & Carolus IV. cum anno 1378. Regem Galliæ visiterat, in ejus gratiam, primogenitum, quæ Delphinum nominant, Vicarium Imperii Generalem Regni Arelatensis ordinavit. *Limne. lib. 3. cap. 12. n. 4. 5. & 6. Sinold Schüsse c. 1. th. 9. lit. a. & e.*

(b) Sic dicti, quod familiæ perpetuò hicce Titulus unà cum jure adhæret, qualis Vicarius est Rex Romanorum electus. *Schüsse d. l. lit. b. Limn. d. l. n. 8. Reinking lib. 1. de Regim Secular. clas. 3. cap. 14. n. 47. quod displicet Limneo d. 7. Pub. lib. 2. cap. 15. à num. 34. cum in A. B. de hoc altum sit silentium: Cæterum de perpetuis vicariis alia suppeditantur exempla apud Schüssen d. l. & Limne. d. l.*

(c) Qui partem Imperii administrant: Sic Marchio Brandenburgensis per Thusciam constitutus Imperii Vicarius anno 997. *Goldast. Tom. 1. Constit. Imperiali: & Princeps Belga-*

rum per Universam Frisiam; quam dignitatem à Patre Frederico III. Imperatore acquisierat *Limn. d. l.* ubi plura alia exempla videsis.

(d) Consule *Recessum Imperii Eslingensem* de anno 1526. in princ. & *Recess. Imp. August. Vindelic.* 1527. ubi Marchio Badensis & Comes in Montfort vocantur *Käyserliches Stadthalters Amtsverwalter. Schützen d. l.*

(e) Cum hi potius nostris sint substituti, ut allevarent onera eorundem tempore interregni; cum extra nostros, vacante Imperio, non dentur alii superiores: patetque porro, quod solus Elector Saxoniae in hoc summo honoris fastigio, & speciali privilegio, Electori Palatino associatus sit. Ergo thesi hâc recensiti referuntur ad inferiores, & per consequens non sunt ejusdem potestatis cum Nostris: Quotquot etiam praedicti ab Imperatore ordinati, id factum cû consensione ordinariorum Vicariorum, quicquid, discrimine quodam, in contrarium molitur *Armae: Disc: 3. ad A. B. concl. 31. circa fin.*

THESES. IV.

Dividuntur Vicarij Imperij ratione Jurisdictionis, ita ut alter in partibus Rheni, Sveviae & in Jure Franconico (a) alter ubi Jura Saxonica servantur, administrant. (b)

(a) Ut ut verissimum sit, Nostros in toto Imperio Romano-Germanico, omnibusque provinciis & locis, ubi Imperator Jurisdictionem exercet, vices gerere, ab ipsis tamen divisa est administratio *vid. Brantlacht in Epit. Jur. Publ. lib. 3. c. 3. §. 11. & 12.* adeo ut hoc regimen etiam ad loca à Bulla non expressa sese extendat. *VVurms. Exercit. Jurisp. 3. th. 5. Carpz. ad L. Regiam c. 11. Sect. 13. n. 15.*; Loca Illius peritissimus Jurispublici Doctor Goldast in praefat: *Reichs-Sagung*; recenset,

cu-

cujus verba adjicienda existimo: Dann der Kaysertlichen Ho-
hen Reichs Pfalz in Schwaben sind vnterworffen gewesen / nicht
allein der Rothweilische Hoffgerichts Circel mit seinen Kraysen / wie
die bestimmet und *determiniret* sein in der alten Hoff Gerichts Ord-
nung erstes theils *tit. 6 in Maximil. 1. Ord. in princ. in Maximilian. II.*
erneuerter Ordnung im 2. Theil *tit. 1.* Welches Hoffgerichts O-
berster Reichs Richter ist der Chur Fürst am Rhein / dadurch der
Pfalzgrabe verstanden wird / das ist gantz Schwaben und Fran-
cken / darzugehörig der Thonauer Strom bis an die Bngarischen
Gränzen / hinab bis an das Britanische Meer mit Buntten
Schweizerland / Bellisch Saphon / Burgund vnd in dem Arelati-
schen Reich herwärts des Rodahn. Item Lotaringen / der ganze
Teutsche Rein / mit allen Chur vnd Fürstenthümern / Städte und
Herrschaften / sambt allen Niederländern.

(b) Vicarii serenissimi Electoris Saxonici Jurisdictioni
supposita loca refert laudatus Goldast. *cit. loc.* Das der Sächsi-
schen Reichs Hoffpfalz vnterworffen gewesen vnd noch sein / *ii non*
de facto, tamen de Jure, nicht allein die Sächsischen Länder vnd
Fürstenthümer / Geist vnd Weltliche / wie die erzehlet werden im
Sachsen Spiegel / stracks im Anfange der Vorrede / sondern auch
alle Fürstenthümer / denen Sachsen Recht von Römischer Kaysert-
lich: Majest. sind gegeben vnd zu halten auffgelegt worden / als da
sind Pohlen / Böhmen / Mähren / Lausentz / Schladen / Wenden /
Schlesewick / Holstein / Stormar vnd Dithmarsch / Pommeru /
Preussen / Liebland / Littow / Moschow / Samogiten / Marggraff zu
Brandenburg / Meissen / Düringen / bis an das Franckenland / O-
ber vnd Nieder Sachsen / die Herzogen zu Braunschweig und Lün-
neburg und gantz Ober vnd Nieder Sächsische Kreyse bis an die
Wasse worunter 28. Fürstenthümer begriffen / haben sich nach Sach-
sen Recht geachtet. *vid. Limna: lib. 3. cap. 12. n. 14. § 15.* Et licet
in dictis nonnullis provinciis abrogata sint jura Saxonica, ni-
hilominus subjecta manent Jurisdictioni Saxonis, cum obser-
vantia juris Saxonici non sit de essentia vel causa vicariatus,
sed saltem demonstrationis loci gratia tum temporis adjecta,
ejus vero correctio & immutatio, jus per legem Superiori ter-
tio

tio delatum, adimere nequit, *Becker. in Synops. Jurisp. lib. 2. cap. 7. pag. 227. Carpz. supr. cit. l. n. 15. & seq. Limna: c. l. n. 25. Arumne: ad h. r. A. B. concl. 29. VVurmser. cit. loc.*

THE S. V.

Adjuncta habent Vicarii nostri eadem Jura, quę Imperatori tribuuntur.

Sunt n. loco Imperatoris, quamvis ab eo non constituentur: Potestatem ergo habent judicia summa exercendi, uti Aulicum & Camerale *vid. Becker d. 1. §. 4. Brautlacht d. 1. §. 16.* Hinc sicut Imperator in Aula sua in quibusdam causis, omisso judicio Spirensi, adiri potest. *Heig. part. 1. quest. 9. n. 12.* ita & Vicarii, non adito Judicio Camerale, recte compellari possunt *Arumne. disc. 3. ad A. B. concl. 32. Sinola. Schüzke disput. 5. vol. 1. th. 14.* Ea quoque, quę, vacante Imperio, in Camera Spirensi peragenda, horum nomine & Sigillo fiunt *Limna. c. 1. n. 50. Arumne: c. 1. concl. seq. Schüzke c. 1. th. seq.* Licet quoad Serenissimum Saxonem dubium poterat esse, quod Camera in partibus Rheni, ubi Saxo non est Vicarius, sita; & observatum, Palatinum solum, sciente Saxone, exercuisse hoc judicium *uti Brautlacht apud Arumneum vol. 3. de Jure publ. disc. 1. th. 52.* tradit: Sed etsi judicium Camerale sedem habeat Spiram, eamque in tractu Rheni positam non negem, nihil tamen hoc officit, quia non tantum pro partibus Rhenanis, sed pro omnibus Imperii Provincijs constitutum est hoc judicium. *Ord. Cam. anno 1495. VVormat: §. item daß Cammergericht.* Hinc utriusque Vicarij nomine & Sigillo res Camerales explicitas tradit *Carpz. d. 1. ad L. Reg. c. 11. §. 15. n. 3.* De causis verò judicant civilibus & criminalibus & feudalibus; Generalis enim est *c. 5. Bullæ textus*, ibi cum potestate judicia exercendi: huc facit *Ord. Regim. anno 1521. §. aber andere und geringern Lehen die soll ein jeder seines Gefallens von uns oder unsern*

serim Stadhalter und Regiment empfangen: Sic Brautlacht in E-
pito. iur. Pub. 1. 3. cap. 3. §. 16. qui tamen ibi feuda vexilli, ut &
apud Arumæum vol. 3. disc. 1. th. 60. excipit, ob hæc Bul-
læ verba: Feudis Principum duntaxat exceptis quo-
rum investituram & collationem reservamus: Verum e-
nim quæstio hic vertitur non de horum majorum in-
vestiturâ, sed cognitione, quæ non reservata: de quo infra.
vid. Carpz. d. l. ad L. R. Section. 15. à num. 11. Expressum est porrò
in A. B. Jus Vicariis presentandi ad beneficia Ecclesiastica,
Gottes Gabe verleihen/ quod ipsis, ut Imperatori, competit. 1.
ratione primariorum precum Imperatori regio & suo nomine
debitarum, Arumæi c. I. concl. 34. 2. ratione Juris Patronatus
quod sicut Imperanti itidem ex fundatione, ædificatione, vel
constructione, dotatione, Reædificatione. Novell. 67. cap. 2.
præscriptioneque &c. debetur, ita & istis casibus, Imperato-
rem repræsentantibus, debetur Limnæ: c. I. n. 66. & seq. Schuße
c. I. th. 16. lit. c. Tribuitur Iphis potestas colligendi redditus Im-
perii; Sic namque textus habet recolligendi redditus & pro-
ventus; quæ collectio id suggerit, fructus hosce minime lu-
cro recolligentium cedere posse, sed Imperio gratis hanc o-
peram præstandam, deductisque impensis novo Imper. resi-
duum reddendum, Schuße d. l. th. 16. Brautlacht apud Arumæ:
d. l. vol. 3. Disc. 1. th. 71. Denique competit Jus de Feudis inve-
stiendi & juramenta fidelitatis vice & numine (ut mea Hattyseria-
sa Editio habet) Imperii recipiendi: Illum autem investitio-
nis casum capimus, quo mortuo Vasallo, ejus filio, aut alii in
feudo successoris, durante Vicariatu, aîus petendæ investituræ
præfinitus, alias ad finem laberetur per text. 1. Feud. 22. Dn.
Carpz. d. l. n. 14. Arumæ ad A. B. disc 3 concl. 37. Limnæ. c. I. n. 70.
Schuße vol. 1. disp. 5. th. 18. lit. c. reservatâ verò majorum feudo-
rum investiturâ Imperatori vel Regi Romanorum in textu
Bullæ; Nostri tamen & hic partibus fungentur suis, si pericu-
lum subsit ob diuturnam Cæsaris absentiam, quò spectant
verba Reecessus anno 1521. ibi vnd sollen vorgemeldet vnsere Stad-
halter und Regiment auß Redlichen Vhrsachen solcher empfang-
nüss

niß vnd sonderlin/ob wir außershalb des Reichs weren / nach ver-
 scheinung des ersten Jahres / darin einem jeden seine Regalien zu
 empfangen gebühret/ noch ein Jahr lang Indult und erstreckung zu
 empfängniß der Lehen gegeben wird / an Endesstat gelobe und zu-
 sage / in aller maß Uns und dem Reiche von wegen solcher Lehen
 verpflichtet zu sein vnd zugewarten / a s ob Er die Lehen empfangen
 vnd die Endspflicht gethan hätte Vnd mag Er alsdann die Re-
 galien vnd Lehen so viel brauchen/als ob Sie Ihm geliehen weren :
quod ipsum Juri Feudi apprine convenit lib. 2. Feud. 58. §. item
sciendum Cons. Dn. Carpzovium d. l. n. 17. Arumæ. ad h. t. disc. 3.
conc. 39. qui tantum de casu absentia agit, hinc hujus discipu-
lus Brantlacht. c. l. de Vicariatu, lapsus memoria est, citans
Præceptorum ad hunc B. Text. quasi etiam de morte Impera-
toris sentientem; qui cum lapsus memoria sit (ille enim per
totum de Vicariatu discursum, quoties Arumæ ad Bull. lau-
dat & discursum & §. nullum citat, adeo sibi memoriâ filius)
potuisset Limnæ: d. l. à num. 73. cum viro alias insigniter Ju-
rispublici docto, mitius agere. Nostri vero Vicarii numine
Imperii Juramentum fidelitatis vel à vasallo recipiunt Limn.
c. l. n. 70. vel ab ejus procuratore Schulse. c. l. lit. b. speciale man-
datum habente Dn. Schulse Synops. Juris Feudal. cap. 9. n. 33.
nisi ob certissimas causas in propria persona comparere ille
teneatur Schulse. d. l. n. 34. Et ibid. Dd. quæ tamen omnia ab e-
lecto Romanorum Rege vel Imperatore innovantur d. t. A. B.
in fin: Limnæ: c. l. n. 71. Hæc de iis, quæ expressa sunt; reliqua,
ut suprâ tactum, licet non expressa, peragere non prohiben-
tur, ut Academiis privilegia concedere, item moratorias in-
ducias Eyserne Brieffe/ & quæ plura vel necessitatis vel justitiæ
sunt, illa tacite concessa sunt, verba n. constitutionis Vicariorû
in Bulla generalia sunt; cum quædam tantum Cæsari refer-
ventur, ut facilè opinari sit ex mente Bullæ, actus, verbis licet
non expressos, deduci posse Serenissimis nostris Vicariis de-
bitos; Ut ut id. Limnæ: d. l. n. 81. diffiteri velit, ubertim tamen
licet carptim confutatus à Dn. Schusen d. l. th. 12. lit. a. Beck.
Synops: Jurispubl. lib. 2. cap. fin. §. fin.

THES. VI.

THESES. VI.

Hi Vicarij non possunt omnia (a) quia
quædam sunt reservata (b)

(a) Quamvis in antecedentibus dictum sit, Vicariis omnia, quæ Imperatori concessa, ipsis etiam concessa, dicta tamen cum discrimine reservatorum accipienda.

(b) exempli gratia: tenore Aur. Bull. collatio Feudorum Principum (quæ Fürsten und Fahrenlehen vulgariter ita appellata, quod Vasallus per Vexillum investiatur *Schulze Synops. Jur. Feud. cap. 3. n. 82.*) quæ soli Imperatori & Regi Romanorum competit, ut patescit ex *Ordinat. Regim. Vormat. de anno 1521. 9.* Und behalten Buss bevor die Selehung der lehen und Regalien der jenigen / die sie unter der Fahn mit öffentlichen Solennitäten pflegen zu empfangen / zu verleihen. Ubi & illi, cui Cæsaris mandata Vices, una cum aliis protelandi spatium petendæ investitionis facta potestas est, quamvis illum locum *D. Carpz. d. l. n. 13.* de peculiari & certæ rei destinato rectè intelligat Vicario. Iis Feudis annuero Feuda Ecclesiastica, quia in genere Regalium comprehenduntur. *Limne. d. l. n. 78.* Excepta præterea rerum imperialium alienatio seu obligatio, probante hoc textu latino: Ipse tamen Comes Palatinus omne genus alienationis seu obligationis rerum Imperialium hujusmodi provisionis tempore expressè sibi noverit interdictum: *Ad* quo prorsus aliena verba hæc teutonice videntur: Und derselbe Pfalzgrave hatt auß Kayserliche güte zu verbieten alle veräußerung und verpfändung: bene tamen *Braunsacht in suo Vicario d. l. th. 78.* ait: Vicariis nec alienare vel distrahere licet, immò jubere debent, ne per alios bona Imperij alienentur neve quolibet modo jura diminuantur: Cæterum quæ hic ab authentico latino longè & à Goldastiana Teutonice discedat communis Germana versio, vide apud *Schützen d. l. th. 20. Limn: d. l. n. 79.* Si decempedâ Juris Civilis publicum metiri liceret, spectaret huc quod Tutor prohibeatur alienare res pupilli. *l. ff. de Rebus eor. qui sub. Tutel.* & quod nostrum non est, illud, in-

invito Domino alienari non posse l. 38. in princ. ff. de Verb. obl.
s. si quis s. Institut de Inutilib. stipulat: Imperium verò ad No-
stros non pertineat jure proprio: Accedit quod ne Imperator
quidem absque consensu Statuum bona Imperii possit aliena-
re per notissimam capit. Ferdin. III. art. 9. Schuke vol. 1. Disp.
3. th. 7. lit. e. dicitur enim semper Augustus allezeit Mehre
des Reichs in omnibus diplomatibus, Recessibus, Confirma-
tionibus & Instrumentis; cum Imperialem deceat solertiam, ut
Regni utilitas incorrupta persistat, non ut distrahatur arg. 2.
Feud. 52. & 55. in princ. maximè autem minuitur Imperium, si
bona alienantur Arume: ad A. B. disc. 3: c. 43.

THESES VII.

Finitur Vicariatus reditu (a) vel nova
Electione Imperatoris, seu Romani Regis (b)
qui demum nostrorum acta rata habere te-
nentur. (c)

(a) Supra enim dictum, quod Vicariatus etiam sese ad eum
casum extendat, quando trans Alpes Imperator profectus est,
quo resalutante patriam, Vicariatus necesse est exspiret.

(b) Quà facta electione omnia Jura Electo competunt,
subaudi omnimodo & perfectè eà factâ, aliàs Vicariatus con-
tinuaretur, de quo vid. Exempl. apud Sleid. Caroli V. habe-
nas Imperii tùm suscipientis cum Germaniam appulisset.

(c) hæc nullatenus in dubium trahenda esse cavit Jura-
tò Ferdinand: III. jam gloriosissimæ memoriæ Imperat: in sua
Capitulat. art. 38. modo Juri & æquitati convenient arg. l. 5. C.
de Legib. Gothofred. ibid. lit. e. Schuke vol. 1. Disp. 5. th. fin. lit.
c. Reinking. lib. 1. de Regim. Secular. clas. 4. cap. 4. n. 10. Et hæc
de amplissimâ materiâ Serenissimorum Vicariorum pro in-
genii ratione & judicii paucitate tentasse sufficiant: Hinc ve-

la contrahens gratias humillimas juxta ac devotis-
simas debitamq; gloriam dico
habeoq;

SOLI DEO.



Absehen
auf die Wapen des Teutsch-Römi-
schen Reichs und dessen Hochwürdigste
Pfleger.

Wie seh' ich dich ihund du Teutscher Adler stehen
Die Flügel fallen hin/ die Häupter hengen bloß/
den starcken Klauen will fast ihre Krafft entgehen/
sie werffen alles weg / sind Schwerdt- und Kugel
löß.

Die Fürsten werden blas/voraus die dir verschwohren
und deine Pfleger sind: Sie lauffen von dem Thron/
zu forschen was du doch vor macht und Pracht verlohren;
Du aber schrehest: Ach! Ach mein' ach meine Krohn!
Nach diesen ruffen Sie: Wir sind die dich beschützen.
Drauff fassen sie beherkt die Kugel mit dem Schwerdt/
und wollen dir damit die Häupter unterstützen/
biß daß des Himmels Krafft die alte Krafft beschehret.
Chur-Sachsen führet dich in seiner Raute Schatten/
Chur-Bayern bindet auch dahin den Leuen an/
Ja/ kömnet dir was mehr durch ihren Schutz zu statten/
so hatt mein Hofeman es löblich tünd gethan.
Ich sehe diß darzu: Du Adler schau von weiten/
Sechs Fürsten stellen sich zu jenen Beyden ein/
und wollen eine Krohn von neuen zu bereiten/
Du wirst bald neuer jünger und neubekröhet seyn!

Christian Adolph Balduin/
der Rechte Best. und Keyf. Edel-
getr. P.

Sic

72. 3074 27
Sic decet ingenii dotes Virtute Coruscã
doctis probasse perpetim;
Nec spem, quam subtilis adhuc sponde-
rat ætas
latere diu par erat.

Ex fere Virtutis, jucundo foenore, fætus
Te laus manebit jugiter.

*In honorem Politissimi Dn. Convictoris
adjecit abiturians.*

Adam Immanuel König, S. S.
Th. St. Coslino - Pomer,



Or. 15

VI
M

JOA
GRYP
CL



III, A

Ve
3044

RO.
ANICI

REGNI
NSISTORII EC
ASTERII PRO-
FACULTA-
TARIO:
ea Bulla

EMAN

merid.

ke.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

